Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36544
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Incipit Plogus Recognitionum sci Clementis.

TIBI QVIDEM

Papa Gaudenti nrorum decus insigne doctorum tantus ingenii uigor est. immo tanta gratia spiritus. ut si quid ate et iam cottidiani eloquii more dicitur. si quid in ecclesia declamatur. uel in libris haberi. et ad instructionem tradi posteris debeat. nos tamen quos et ingenii tenuitas minus promptos. et senecta iam tardos reddidit ac segnes. opus quoddam uenerande memorie uigor siluia iniunxerat. ut clementem nostre lingue redderemus. et ut deinceps iure hereditario deposcebas. licet multas post moras. tamen aliquando restituimus predam. quam ut opinor non paruam grecorum bybliothecis direptam. nostrorum usibus et utilitatibus conuectamus. ut quos proprius non possumus peregrinis nutriamus alimoniis. Nam et solent suauiora uideri peregrina. interdum uero et uiliora. Denique peregrinum est pene omne quod medela corporibus confert. quod morbis occurrit. quod uenena depellit. Iudea balsamy lacrimam. creta comam dyptamini mittit. arabia flores aromatum et spicarum nardy indya segetem mittit. que ad nos etiam si aliquantulo quam proprius ager attulit fractiora peruenunt. odoris tamen gratiam. uimque medendi integram seruant. Suscipe igitur dimidium mee anime redeuntem ad te clementem. nostrorum suscipe romanum. nec mireris si forte in eo minus solito floridus eloquentie uultus appareat. Nichil interest dum modo sensus eadem capiat. Peregrinas quoque merces multo in patriam sudore transuehimus. et nescio quam gratus me cuiuum uultus aspiciat. magne sibi spolia grecie deferentem. et occultos sapientie thesauros nostre lingue claue reserantem. Sed uotis tuis faueat deus. ut neque nobis sinister oculus. nec cuiusquam liuidus occurrat aspectus. nec